

**Landesbibliothek Oldenburg**

**Digitalisierung von Drucken**

**Lüderi Menckenii, IC. Facult. Ivrid. Lipsiensis Ordinarii  
Tractatio Synoptica Institvtionvm Ivriss Ivstinianearvm  
Theoretico-Practica**

**Mencke, Lüder**

**Lipsiae, MDCCXXXV**

**VD18 11839880**

**Tit. XIX. De Divisione Stipulationum.**

**urn:nbn:de:gbv:45:1-18253**

quæ lib. Stipulatio facta a servo (2) communi, ut acquiratur cuique Dominorum pro portione Domini, nisi servus vel jussu unius Domini, vel nominatim alicui ex Dominis, vel res unius Domini stipulatus fuerit. §. III. f. b. §. 3. I. h.

## TIT. XIX.

### De Divisione Stipulationum.

#### Divisio.

STIPULATIONUM aliæ sunt judiciales, aliæ Præ-  
Storiæ, aliæ conventionales, aliæ communes, tam Ex Pom.  
pon. l. 2. de  
Prætoriæ, quam judiciales. verb. obl.

#### De stipulationibus judicialibus.

1. *Judiciales* sunt duntaxat, quæ a mero judicis Ex d. l. 5.  
officio profiscuntur, veluti de dolo cautio, vel de verb.  
persequendo servo, qui in fuga est, restituendove oblig.  
pretio.

#### De Prætoriis.

2. *Prætoriæ* sunt, quæ a mero Prætoris officio pro- Ex d. l. 5.  
fiscuntur, veluti damni infecti, vel legatorum. de verb.  
Prætorias autem stipulationes sic exaudiri oportet, oblig.  
ut in his etiam contineantur Ædilitiæ: nam & hæ  
ajurisdictione Prætoris veniunt.

#### De conventionibus.

3. *Conventionales* sunt, quæ ex conventione Ex d. l. 5.  
utriusque partis concipiuntur, hoc est, neque jussu  
judicis, neque jussu Prætoris, sed ex conventione  
contrahentium, quarum totidem genera sunt, quot  
pene dixerim rerum contrahendarum.

#### De communibus.

4. *Communes* sunt, veluti rem salvam fore pu- Ex dict. J. 5.  
pilli: nam & Prætor jubet rem salvam fore pupilli  
caveri,

caveri, & interdum judex, si aliter hæc res expediri non potest: vel de rato stipulatio.

## I.

**S**tipulatio est vel Voluntaria vel Necessaria.  
*Voluntaria* s. *conventionalis*, quæ libero partium contrahentium Arbitrio constituitur, & ex eorum voluntate explicatur. *PR. §. III. f. b. l. 52. ff. d. V. O.* Hodie differentia voluntariarum & necessariarum stipulationum sublata non est.  
*Necessaria*, ad quam quis etiam invitus cogi potest. Eaque est aut *Judicialis*, quæ fit solo ju.  
**Pr. I. h.** dice pedaneo jubente, *§. I. f. b.* aut *Prætoria*, quæ solo Prætore (s. *Magistratu l. 2. l. 5. C. d. pe- dan. Jud.* jubente *§. II. f. b.* præstatur. Hodie illi quodammodo similis est promissio Judicialis eine Gerichtliche Angelobniß. Aut *communis*, quæ fit interdum Prætore s. *Magistratu*, inter.  
**§. 1. I. h.** dum judice pedaneo jubente. *§. IV. f. b.* ut *I. Sa- tisdatio, rem pupilli vel adolescentis salvam fore d.*  
*§. hæc enim a tutori vel curatore ante litem con- testatam apud Prætorem exigi, vel, si illic omissa fuerit, ejus petitio, a judice pedaneo injungi potest. a. l. 3. C. d. tut. vel cur. quis ut. non ded. j. l. C. d. Ord. Jud. 2. Stipulatio rati, d. §.* hæc fieri potest, e. g. Procuratore, de cuius mandato dubitatur. *l. i. C. d. Proc.* comparente apud Prætorem. *a. l. 40. §. 3. ff. d. proc.* item post litem contestatam apud judicem pedaneum, utputa si tum demum procurator se sistit, qui de rato caveret tenetur. *l. 2. C. d. Confort. ejusd. lit. O. P. S. 1. 7. §. Würde,* Hodie sublatus judicum pedaneo-  
rum

rum est usus, & nomen judicialium, prætoriarum, atque communium stipulationum ab usu recessit, at res ipsa i.e. usus & utilitas securitatis, quam intenderunt istæ stipulationes, adhuc salva est. *j. Tract. Syn. Inst. h. t.*

## TIT. XX.

### De Inutilibus Stipulationibus.

*De his, quæ sunt in commercio.*

**O**MNIS res, quæ dominio nostro subjicitur, in stipulationem deduci potest, sive illa mobilis sit, sive soli.

*De his, quæ non sunt in rerum natura aut esse non possunt.*

1. At si quis rem, quæ in rerum natura non est, aut esse non potest, dari stipulatus fuerit, veluti Stichum, qui mortuus sit, quem vivere credebat: aut Hippocentaurum, qui esse non posse: inutilis erit stipulatio.

*De his, quæ non sunt in commercio.*

2. Idem juris est, si rem sacram, aut religiosam, *Ex Paulo* quam humani juris esse credebat; vel publicam, *l. 83. § 5. ff.* quæ usibus populi perpetuo exposita sit, ut forum *de verbo* vel theatrum, vel liberum hominem, quem servum *oblig.* esse credebat; vel cuius commercium non habuerit: vel rem suam, dari quis stipuletur. Nec in pendentri erit stipulatio ob id, quod publica res in privatam deduci, & ex libero servus fieri potest, & commercium adipisci stipulator potest, & res stipulatoris esse desinere potest: sed protinus inutilis est. Item contra, licet initio utiliter res in stipulatum deducta sit, si tamen postea in aliquam eorum causam, de quibus supra dictum est, sine facto promissoris devenerit, extinguitur stipulatio. *At*

Aa

nec